publice ac per expressum recognouit Quia ipse Magnificum Constantinum Casimirum Sczawinski Castellanum Crusuicensem eiusque posteros de summa Mille Quingentorum Florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti per praefatum Magnificum Castellanum Crusuicensem modo hinsbius debiti coram Actis Officij praesentis Feria Tertia post Dominicam Jubilate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono inscripta et ad soluendum assecurata, tum et de eadem ipsa Inscriptione Debitoria Castren. Praemyslien. ob persolutam sibi summam praefatam Mille Quingentorum Florenorum Polonicalium persolutionem quietat emittit, dimittit, et liberum absolutumque fecit et perpetuo pronuntiat. Inscriptionem praefatam Debitoriam Castren. Praemysliens. cum omnibus eius nexibus et ligamentis in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat. Recognoscens sibi summam eiusdem supra scriptae realem praestitam esse persolutionem. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Praemysliensi Feria Tertia post Dominicam Inuocauit Quadragesimalem proxima Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

25/II 1670

Łencki & Rzeszotarski Roborant.

Extradat

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemyslien[sibus] Generosi Jacobus Stanislaus Łenski ab una et Joannes Boguslaus Rzeszotarski parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren[si] Capitan[eali] Praemyslien[si] Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subyciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim et specialiter recognovit. Quia ipsi et quidem suprascripti Generosus Rzeszotarski suo et Generosa Euphrosina Grochowska Consortis suae legitimae pro cuius rati habitione cavet et se praesentibus inscribit nomine sibi mutuo et invicem una Pars alteri cum posteris utriusque partis se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus. Intercisam certam inter se Recognoscen[tes] et eandem suprascriptam Gnosam Rzeszotarska Consortem unius Recognoscentis ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum de actu et data illius hic Praemysliae die hodierna in Actis contenta confectam et conscriptam.

944

manibus sui Recognoscentium praemiis ac utrinque subscri
ptam. In omnibus et singulis eiusdem Interusae conditi
onibus punctis clausulis articulis vadiis ligamentis et cau
bus generaliter universis firmiter tenere complere exe
qui ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis eius
dem contentis tam in toto quam in quavis minima parte
toties quoties opus fuerit satisfacere. Interusam praefa
tam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscri
ptionem praesentem Roboratoriam ad Interusam memo
ratam in toto vicissim referendo. Idque sub vadio Summae
Trium Millium Florenorum Polonicalium per partem par
ti cum successoribus utriusque partis ob non completionem con
tentorum Interusae praefatae omnium et singulorum tam
in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solven
dum succumbendo. Nihilominus idem suprascriptus Ge
nerosus Rzeczotarski se ac suos successores in et super bo
nis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis qui
buscunque habitis et habendis supranominato Generoso Ja
cobo Lenchi et ipsius successoribus inscribit et obligat prae
sentibus. Suprascriptam Generosam Euphrosinam Gro
cholska sui Recognoscentis Contemthoralem vel in eventu
mortis successores illius ad approbandum per ipsam In
scriptionem praesentem roboratoriam aut similem alias
suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis authenti
ca Regni vim et robur perpetuitatis in se habentia
intra decursum Duodecim Septimanarum cum perso
nali sui assistentia adducere et personaliter statuere

ad

abeaq vel in euentu mortis succorribus illius ut praemissa debite exequantur efficero. Interea vero ad tempus Statuitionis supra scriptae Generosae Euphrosinae Grocholska statuendae, vel in euentu mortis succorum illius idem supra scriptus Generosus Rzesotarski debebit et tenebitur prout se et suos succores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniarijs quibusuis habitis et habendis praefato Generoso Zgricki siue eius posteris inscribit et obligat praesentibus. Ipsum et eius Successores ab omni et quauis impetitione Iuridica ex occasione supranominatae Generosae Consortis suae statuendae aut eius succorum exoriunda et emergenda In omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, euincere, intercedere, et eliberare indemnemq cum posteris facere reddereq idq sub simili alio et speciali Vadio aliorum videlicet Trium Millium Florenorum Polonicalium per eundem supra scriptum Generosum Rzesotarski siue eius succores supranominato Generoso Zgricki siue eius posteris ob non Statuitionem praedictae Consortis suae statuendae siue in euentu mortis Succorum illius pro tempore et loco superius expressis et in Casu Contrauentionis submissioni suae ad soluendum succumbendo. Sub quibus quidem Vadio vel vadijs modo praemisso ad soluendum succubitis ac pro re aliqua Principali ex contentis Intercisae praefatae non completa complenda Citata existens memorata Pars vna praemissa non tenens aut eius posteri ad Instantiam alterius Partis praemissa tenentis et complentis aut eius succorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense ex tunc re cessu supra scripto ...

quoad

quoad respondendum spectat mediante semper in pri:
mo Citationis Termino tanquam peremptorio
Stare, iuri parere, respondere, vadia praestare ac
luere, inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne
iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos
Successores ad eadem omnia inscribit et obligat
praesentibus. Alium Terminum primum perem:
ptorium Uti et alios omnes exinde consequentes
Causae eiusdem Terminos semper peremptorios
Vel infirmitate pro maiori minorennitate Suc-
cessorum legatione intra vel extra Regnum mili-
tari servitio ad munimenta ad evictionem, vel aliis
quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis
non differendo. Ad quietationem praeterea Ultra pro:
ximos Officij praefati Castren Capitaneal Praemyslien
Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq
motiones, appellationes ac earum prosequutiones faci-
endo, praemissaq omnia paenis simplicibus vel tripli:
catis evasionibus, suspensionibus, fatalibus Iuris prae:
scriptione Terrestri, bello conventioneq ac aliis quibus:
vis iuris remediis et defensis non subterfugiendo
nec aliq quovis modo evadendo. Hac sua praesenti
personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Magnificus Krasicki
Pocillator Terrae Prae-
myslien Adm Rndo Len-
borski Prothonotari-
o Sedis Aplicae etc. Vendit